

DIE XIII MAI

(Fix. ex. 4 hujus.)

BEATI JOANNIS BAPTISTÆ DE LA SALLE

CONF. NON PONT.

(*Omnia de communi conf. non pont. præter sequent.*)

IN I. VESPERIS.

Ant. de Laud.

Ps. ut in I. Vesp. de comm. Apost.

CAPITULUM. (*Eccl. 31.*)

Beatus vir, qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum ? Fecit enim mirabilia in vita sua.

HYMNUS.

Alma quem Sion celebrat beatum,
Hac die festa decet, o Joannes,
Nos tuas sacras memorare dulci
Carmine laudes.

Degis in terra comes Angelorum,
Qui student florijenivilis sevi,
Semper in celis simul intuentes
Numinis ora.

Dum tenent curæ vigiles scholarum,
Sublebat mentem fidei volatus ;
Pro Deo pugnans, animas requiris
Inclytus heros.

Te pium laudant pueri patronum,
Te ducem sanctum recolunt magistri,
Te vocant cuncti meritis potentem :
Omnibus adsis.

Sit decus summæ Triadi perenne,
Quæ dat infanti resonare laudem
Integralm ; linguae fateantur omnes
Cuncta regentem.

Amen.

v. Amavit. r. Stolam.

Ad Magnif. Ant. Sinite parvulos
venire ad me, et ne prohibueritis eos :
taliū est enim regnum Dei. (T. P.
Alleluia).